

20

Synopsis
publicae Manipulationis
Dominis Magistratibus
Comitatensibus
deforrens

1792.

auctore

Mich. Jepsensky

L


A

Handwritten red mark, possibly a signature or initials.

Handwritten red mark, possibly a signature or initials.



436.



SYNOPSIS

PUBLICÆ MANIPULATIONIS]

DOMINIS

MAGISTRATUALIBUS

COMITATENSIBUS

SUBSERVIENS.

Auctore
Michaelis Ferzensky.



P E S T I N I.
Typis Francisci Augustini Patzko.

MDCXCII.

SYNOPSIS

REPUBLICA MAGYAROROK

CONSTITUTIO

MAGISTRATUS

CONSTITUTIO

- - - - - Tu Consule cunctis
Nec tibi, nec tua te moveant, sed publica vota:

Claudianus.

NAGY IVÁN

BEREEN *
EGYENMI KÖNYVTÁR

P E S T I N

Typis ...

MAGYAROK

SERENISSIMO
HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ
REGIO HÆREDITARIO
P R I N C I P I
E T
ARCHIDUCI AUSTRIÆ
DOMINO
ALEXANDRO LEOPOLDO
AUREI VELLERIS
UNA INSIGNIS ORDINIS SANCTI
STEPHANI REGIS APOSTOLICI
MAGNÆ CRUCIS EQUITI
REGNI HUNGARIÆ
P A L A T I N O
E T
LOCUMTENENTI REGIO



A₂

UTI ET

UTI ET

GENERALI EJUSDEM REGNI

C A P I T A N E O

COMITI ET JUDICI JAZYGUM ET CUMANORUM,

UNIUS LEGIONIS MILITÆ EQUÆSTRIS ORDINIS

HUNGARICÆ PROPRIETARIO COLONELLO, INCLYTORUM

COMITATUUM PESTH, PILIS ET SOLTH ARTICULARITER

UNITORUM SUPREMO AC PERPETUO COMITI, EXCELSI

CONSILII REGII LOCUMTENENTIALIS HUNGARICI,

NEC NON

EXCELSÆ TABULÆ SEPTEMVIRALIS PRÆSIDI,

Domino Domino Benignissimo.

SEREN.

SERENISSIME
REGIE HÆREDITARIE
P R I N C E P S!
ARCHIDUX AUSTRIÆ,
ET
REGNI HUNGARIÆ
P A L A T I N E!

Domine Domine Benignissime!

Omne Studium, conatus omnis, majorum & Prædecessorum Nostrorum, in eo collaborabant, ac in eo hactenus defigebantur Termino, ne Leges & Consuetudines Patriæ hujus velut vitæ bene moratæ fundamenta antiquentur, verum in præhabito Usu, & consuetudinaria Praxi conserventur,

*tur, ad provehendum, & Posteris
etiam nostris transcribendum lauda-
bile hoc Gentis nostræ Institutum,
indignus Patriæ meæ cultor, quid-
piam conferre volens, otium illud,
quod post exactos, & viginti quatuor
Annorum defluxu consummatos pu-
blici officii mei labores, ingravescen-
ti Aetati suppetebat, non docendi
cupidus, verum eo, quo in Patriam,
& Inclytos Comitatus Pesth, Pilis*

&

*& Solth articulariter unitos, ferebar
amore, & veneratione ad compilan-
dum hoc opusculum, & Manipula-
tioni publicorum deservientem manu-
ductionem converti, & sexagesimo
jam Aetatis meæ Anno ea, quæ ad-
huc languenti inhærebant memoriæ
prænotavi. Stylo quidem communi,
qui omnibus publici curam gerenti-
bus, aut eandem assummentibus per-
vius sit. Inchoavi observationes meas*

ab

ab officio Jurassoratus, a quo officiorum Comitatus progressus, innitium summit, demum Manipulationem officii Judicis Nobilium, & incumbencias hujus, majori in parte consignavi. Laborem meum, ultra extendere nec volui, nec liberum fore judicavi, cum & ipse in officio, & pertractatione publicorum, altiora non attigerim, verebar una, ne in Messum alienam, falcem immis-
sisse

*fisse arguar; ut proinde exiguum hoc
opus meum sub certo & celso Sydere
in Lucem prodire possit, & Messem
publici manipulantibus operariis, tan-
tisper etiam, donec majora, & me-
liora produxerint alii, peregrinum
non videatur, Serenitatis Vestrae Re-
gio, & Augusto Nomini inscribere,
ac devovere praesummo, humilique
de genu supplico, ut siquid in Com-
pendio hoc utili, & commodo publi-
ci,*

*ci, profuturum censebitur. Benigne
respicere, Nævos autem occurrentes,
canescenti Aetati & fatiscenti Me-
morice imputare, non dedignetur,
Benignitati in reliquo & gratiæ, ho-
magiali cum Submissione devotus
emiorior*

Serenitatis Vestræ

humillimus perpetuusque fidelis Servus,

Senior MICHAEL JESZENSZKY,

prælibatorum II. Cott. Tab. Jud. Assess.

COMI.



COMITATUS.

Est Provinciola, seu Ditricus ab aliquo Castro denominatus, consistens ex Prælati, Baronibus, Magnatibus, Nobilibus, Civibus Civitatum, & Colonis.

Habet supremum Comitem, & officii hujus dignitas confertur per Regem, cum Consilio Prælatorum, & Baronum suorum, juxta Art. 30. 1553. &c.

Habet item officiales, Vice-Comites, Judices Nobilium, Juratos Assessores, qui Juratores nuncupantur, Notarios, & Fiscales. Habet demum Juratos Assessores extraordinarios, ex potioribus Nobilibus, qui soli cum præcensitis officialibus seu Magistratu in revisione Causarum vocem habent, vigore Articuli 24. 1613. & hi omnes eliguntur per Supremos Comites cum consensu Comitatus.

Offi.

Officia recusantium pœna 100 fl. ultra Annum servire non tenentur, & ante quintum Annum ad suscipiendum cogi non possunt. Ulad. 1-mi Art. 34. Sigilla cognoscibilia habere tenentur.

Habent, & singuli Comitatus propria Sigilla, & possunt condere Statuta, ita tamen, ut Generali Regni Decreto, & approbatæ Consuetudini Curia Regiæ in Judiciis observari solitæ, contraria non sint.

JURASSOR.

Est adjunctus Procedentis Judicis Nobilium, non secus in Causis coram Vice-Comitibus decurrentibus, cum Judice Nobilium Cojudex est.

Exhibet Certificatorias Judicis Nobilium solus, ubi observandum habet, ut easdem Jurisdictionato, seu subdito, seu famulo, aut ancillæ conventionatæ, aut vero filio, vel filia, in Causam attracti exhibeat.

Medio Uxoris Incatti exhibitio non tenet; per Judicem Loci, in quo Incattus residet, & Subditos in eodem Loco possideat, exhibitio usu recepta est, secus si nullum Subditum habeat exceptio formari consuevit.

Exhibet Admonitorias Judicis Nobilium solus, & in quantum fieri potest, personaliter peragat, ac responsum super admonitione, aut

Inhi-

Inhibitione datum seorsivis Testimonialibus genuine inferet, si autem admonitoriæ medio Jurisdictionati exhibitæ fuerint, dorso admonitoriæ pro parte admoneri curantis expeditarum Testimoniales cum accurata Diei peractæ admonitionis consignatione apponet.

In Criminalibus & Politicis penes determinationem, aut Commissionem Vice-Comitum, aut Judicum Nobilium Inquisitiones peragit, ubi observandum habebit, ut in Fassionibus Testium, præ cæteris requisitis, ratio Scientiæ Testium debite, & genuine exponatur, Circumstantiæ item facti, aut delicti sincere, & prout Testis enarraverit. describantur.

In Juridicis Inquisitio solius Jurassoris ex Lege non sufficit.

In Sedibus Dominalibus pro Testimonio administrandæ Justitiæ cum Judice Nobilium adhibetur, ubi æque per Dominium requisitus, in Urbalialibus, & criminalibus cum Judice Nobilium, aut etiam solus, Investigationes peragere consuevit, & Acta Sedis Dominalis, latunque Judicium, si Justitiæ consonum est, cum Judice Nobilium coramifat, e converso, si quid in obversum Juris, & justitiæ actum observaverit, id corrigendum insinuet, si autem Sedes Dominalis iniquam Sententiam in facto aliquo actis Sedis Dominalis induceret, in Coramifatione sua declaret talem pro illegali, & pro non subscripta haberi, ne per subscri-
ptam

ptam iniquam Sententiam pro Iniquitatis Testimonio cenfeatur.

In Caufis coram Judice Nobilium, & fe adjuncto motis, Sententiam exequitur, cujusmodi Executionis Occafione Ordo fequens obfervandus erit: competenti & relate ad locum habitationis Incatti, legali Termino, in facie Aétioni fubstrati loci præfixo, Teftibus prævie ad Aétum Executionis citatis, & conftitutis, breviter proponet, quali in merito citati, & conftituti habeantur, tandem Sententia convictiva in originali Proceffu inferta de verbo ad verbum prælegenda, ac coram Teftibus, & Partibus lingua vernacula explananda erit.

Si Incattus in pacuniaria Summa convictus habetur, Summa adjudicata prævie ante Aétum ipfius executionis, Calculo Arithmetico refpectu Interufurii (fi adjudicatum haberetur) eruenda, ac taliter coram Teftibus explicanda, ac tandem fundus excontentationis, in cafu ejusmodi per Incattum denominandus, fi vero Bonum aliquod pro fpeciali Hypotheca obligatum, aut vero portio aliqua poffeffionaria reexequenda haberentur, per Partem A. exhibenda, & demonftranda expetantur.

In Cafu modo enarrato adjudicatum Bonum Parti A. coram Teftibus tradendum, in Cafu vero anteriori circa denominationem Fundi per Incattum assignati, obfervandum erit; ut juxta præfcriptum Legis, Bonum immobile, uti funt;

Sub

Subditi, Agri, Prata, Vineæ, Educilla, & Macella, ac fundi exarendati, aut his non existentibus res, & Substantia in pecuniam facile convertibilis per Incattum, aut eo nolente per triumphantem denominentur, Unde si Incattus habeat pecora, habeat item fœnum, & stramen, & solum stramen denominaverit, Pars triumphans acceptare non tenetur, sed Incatto alium denominare nolente, pecora, aut fœnum denominare potest, & exequens hæc velut facilius in pecuniam convertibilia, in executionem summenda habebit.

Quæritur: Utrum denominati fundi. Si hic in controversiam summatur Acceptatio penes Exequentem, aut vero Actorem stet? censetur penes utrumque, Judex etenim Legalitatem denominationis cognoscere, Actor vero fundum per exequentem pro legali, & competentem agnitus, acceptare debet.

Quæritur 2-do: In Casu tali, ubi Judex fundum pro legali agnoscit, Actor nihilominus acceptare, & Incattus alium denominare nolit, exequenti quid agendum foret? Censetur Exequenti ab executione supersedendum, ne Liti novæ via adaperiatur, verum Testimoniales super actis, & factis executionalibus prout hæc intercesserunt, & gesta sunt per exequentem Parti utrique extradandæ erunt.

Quæritur 3-tio: Si Incattus fundo incompetenti, & illegali denominato, eo per Exequen-

quentem, & Actorem non acceptato, alium denominare nolit, an in fundo per Actorem legaliter denominato, executio peragenda sit? affirmativa communis est.

Quæritur 4-to : Si Incattus semet ante Actum executionis declaret pro opponente, an exequens ab actu executionis recedere debeat? Negative. Executio intentari debet, & post perlectam convictivam Sententiam, ubi fundus denominari petitur, tunc primo per convictum formaliter elevato baculo, aut framea, aut alio cominativo Instrumento peragi admittatur, fecus si formalitas non adfit, executio continuanda erit.

Oppositio post peractam Executionem locum non habet, verum Reoccupationis Medium adhiberi solet per Incattum.

De

Aestimationibus fundorum, & aliorum executioni substratorum agetur sub Titulo & observationibus Judicum Nobilium.

In Politico-publicis Juraffores absque commissione Vice-Comitum, aut Processualis sui Judicium, aut vero determinatione Comitatus decidendum,

dendum, aut judicandum nihil habent, sed si Casus quispiam emerferit, & eidem propositus fuerit, investigationem peragere, & totam facti, aut Casus interveni speciem suo Processuali Judicium referre debet, unde contribuentibus pœnas, aut verbera infligere Jurassoribus plane non competit, nisi eatenus commissi sint.

In casu vero, aut facto Investigationis prævie cognoscendum habet, an persona respectu privati criminis, aut maleversationis infimulata nobilis, aut vero alicujus Domini Terrestris conventionata, vel denique subditali Jurisdictioni subjecta sit? Si nobilis hæc personaliter accedenda, ac Instantia contra talem porrecta, cum eodem communicanda, si Jurisdictionata, aut conventionata, Insinuatio Domino Terrestri, aut Literatorie, aut personaliter fieri consuevit.

In facto publici criminis, aut publicarum Dispositionum transgressionis, insinuationis Necessitas nulla censetur, relate ad Subditos, & contribuentes, servitores porro Dominales, Armentarii, Custodes, Equifones, & alii cujuscunque generis conventionati, absque insinuatione Domini Terrestris nullatenus incaptivandi, nisi periculum profugii ejusmodi incaptivandi apertum, & clarum sit, & in tali etiam casu facta incaptivatione, Domino præsentandus erit, ut Dominus cum eodem ratiocinium de curæ sua

concreditur pecoribus, aut rebus instituere, & disponere possit.

In Criminalium Judicio Jurassor votum habet, & judicat cum reliquis Coassidentibus Judicibus, & quidem si Sententia per Vota decideri veniat, primi præ reliquis vota sua edicere consueverunt. Caveat proinde ne per Juris, & justitiæ ignorantiam, aut non intellectis bene reatus circumstantiis, iniquum in Causa potissimum Sanguinis depromat Judicium.

Occasione incaptivationis Reorum, observandum habebit, an delictum contra incaptivandum plene probetur, aut vero ipsemet reus Delictum confiteatur, tali in casu incaptivatio secura est. Secus si præsumptio sola subvertatur incaptivatio locum non habet, sed Circumstantiæ Sedi Judiciariæ referendæ erunt.

Præsumptio tamen talis, ubi de alio penitus crimen præsumi non potest, ad incaptivationem sufficit.

In facto complicitatis, nisi concursus complicitis ad crimen plene probetur, aut per Co-reum, & principalem delinquentem cum objectis eidem criminis perpetrati Circumstantiis, accusetur. Ex præsumptione etenim tali, quod cum eodem visus, aut apud eundem commoratus sit, complicitatis insimulatus, incaptivari non debet, verum probæ superiores exquirendæ venient præferenter, Si complicitatis insimulatus, bonæ famæ exstiterit, & in reatu ali-

quo

quo antehac deprehensus , aut punitus non fuit.

Juraffores , ita & alii Magistratuales generaliter observandum habebunt , ut in Casibus iis , ubi Privatorum Dominorum Terrestrium Subditi , aut Servi prætenfiones , aut læfiones suas coram Magistratuali Persona promovere vellent , ii , & tales ad suos Dominos Terreftres , velut primam instantiam relegentur , cum alioquin Instantiæ ejusmodi ad Universitatem porrectæ , ad privatas Dominorum Terrestrium Actiões relegari soleant , & debeant , ita

Quoad prætenfiones Ecclesiasticarum Personarum , nonnisi penes determinationem Comitatus (cum Personæ Ecclesiasticæ , primo Negotium , aut læfionem suam suo Episcopo , aut Consistorio , ac hi Comitatus repræsentare consueverunt , nonsecus & Ministri utriusque confessionis Recursum ad Comitatum facere soleant) procedendum erit.

VICE JUDEX NOBILIIUM.

Quamvis in Lege specialis hujus officii Memoria exigua sit , ad sublevandum nihilominus in majoribus Comitatibus Judicum Nobilium officium ordinatum est.

Hi in primordio instituti officii hujus, ordinario Judici Nobilium subordinabantur, & per Ordinarium Judicem Nobilium determinationes, Investigationes, & alia officio huic incumbentia, relate ad capacitatem subjecti, in respectu gravitatis Materiarum distribuebantur, & factæ per hos Investigationes per Ordinarium Judicem Nobilium prævie revisæ, Universitati referebantur, nunc vero Processus pro numero Judicum Nobilium subdivisi habentur, ac sua quisque sibi adlecta Loca, & Possessiones in ratione publici administrat, & esto antehac judicandi facultatem admissam non habuissent, jam potestate judicandi, prout ordinarii Judices Nobilium provisi sunt, activitate itaque pari gaudentes, obligatione pariter in administratione publici æqualiter obstringuntur. Promiscue itaque Judices Nobilium.

Judicant Causas coram se decurrentes, & Vice-Comitibus æque adjunguntur.

Certificatorias Vice-Comitis, Evocatoria Mandata, quærelas, & alia id genus juridica, sub Vice-Comitum Subscriptionem emanata Literalia Instrumenta exhibent, & effectuant cum adjecto Jurassore.

Quærelas dum exhibet, tam paria, quam Originalia quærelarum ante exhibitionem indorsat, & Testimoniales, peracta exhibitione, cum insertionem Nominis, & Cognominis medio cujus exhibet, dorsaliter apponit.

Pera-

Peragit oculatas, Ductusque Judiciarios, in Metalibus, Divisiones, Æstimationes, qua etiam adjunctus in Causis Vice-Comitum, ubi observandum habet.

1-mo. In *occulatis revisionibus* connotandum habebit Terrenum, & locum, in quo oculata peragitur, nomen fundi, plagæ, aut Diverticuli, dein situm, an videlicet in elevatiori, an demissiori constituatur, vicinitatem viæ, aut Arboris, aut fundi adjacentis, qualitatem denique, & extensionem, & circumstantias quorum intuitu oculata præfixa est.

2-do. In *Metalibus Reambulationibus*, & *occulatis*, præter ea, quæ in anteriori puncto enumerata sunt, circa extensa per collitigantes Signa metalia, & antiquos cumulos vigili oculo observanda habebit, an Signa, quæ pro Meta ostenduntur, non sint excavationes vulpium, Circumvallationes proinde Metarum præprimis exquirendæ, an Manufacturam, & Circuli metallicæ formam redoleant, sæpius etiam eminentiora, & Naturalia terræ tubera ad formam Metæ effigiata, pro Metis statuuntur, quorum si circumferentia accuratius investigetur, nulla Circumvallatio, aut egestio excipi potest, talia proinde pro Metis statui haud possunt. Fundamentalis itaque circa Metalia Signa observatio est: Signi ejusmodi pro Meta denominati circumvallatio, aut egestio terræ penitus eruenda,

&

& revidenda, ac taliter Ductui Metali judicario inferenda, & genuine describenda.

Ductus Judiciarius ita formandus erit; ut in eodem ipsa Orientatio, & Situs reambulanda plagæ, & controversiæ, in ipso Ductus initio, & ubi, & in qua parte Terreni situetur, clare exprimatur. E. G. Ex Possessione T. exeundo ducti sumus, in plaga Orientem, aut Meridiem respiciente ad Locum T. vel Metam, secus viam, Lacum, aut Sylvam, ad passus T. situatam, bene apparentem, aut depressam, formam tamen, prout ex circumvallatione conspeximus, Metæ realis representantem, ubi Testes per Nos adjurati sunt, ac post depositum corporale Juramentum, signanter T. referebant hanc temporibus suis, ante Annos videlicet T. magis elevatam, ac pro reali distinctivo, aut triplici, vel duplici Meta inter Territoria T. semper habitam, & pro reali distinctivo Territorum Signo observatam; ab hac deflectendo ad Septentrionem vel Meridiem, inter Agros, vel Ptata, aut sabulosos colles, aut Sylvam progressi, devenimus ad locum paludosum aut collem &c., ubi Testes penes dumetum, aut Agrum &c. ostenderunt aliud Signum depressum, aut excavatum, seu subfossam tuber, & sic quoad reliqua ostensa in ductu Signa Metalia procedendum.

Requi-

Requiritur, ut ad omnem oculatam Revisionem, Reambulationem metalem, Testes, & convocati adhibeantur, non secus omnes Actus judicarii cum insinuatione Parti utrique præmittenda fiant, ac taliter quoque Relationibus, & Testimonialibus, Testium, & Convocatorum Nomina, ita & factæ insinuationis, aut præsentia alterutrius partis, vel Commissionati inferenda venient, denique Ductus plene efformati ad Processum adnectendi, Testimonialesque super peractis oculatis revisionibus Partibus extradandæ erunt.

3-tio. In *Divisionibus* Quotalitas Jurium, & competentia cujuslibet partis, si in Processu Judicialiter decisa non foret, per ipsas Divisionem ineuntes partes scripto, & cum plena earundem coalitione apponenda, & per singulum dividendum subscribenda expetatur, ac tandem Corpora Divisioni substrata, prævie respectu qualitatis glebæ, accurate oculanda, & investiganda, & cum ipsis Partibus, ac si eadem coalescere non possent, per Convocatos revidenda, & sterilior adhibita Mensura separanda, demum in respectu sterilitatis, si Partes in eo coaluerint, in adjicienda quantitate glebæ fertiliori appropportionanda, secus vero separatim inter dividentes dividenda erit.

Id ipsum observandum erit in Subdivisione pratorum, Sylvarum, Arundinetorum, & aliorum beneficiorum, ut qualitas subdividendi benefici.

beneficii, cum Cointelligentia Partium præprimis eruatur, taliterque eruta, ut præmissum est, aut in adjecta Quantitate, aut vero in separatam Classẽ assumpta appropportionetur, & dividatur, Consensusque hic Partium Testimonialibus inferatur.


Ubi Sessiones Colonicales numerum Compossessorum non attigerunt, ac duobus, aut etiam pluribus Subditus unicus obvenire deberet, E. G. in Linea Joannis, in qua stant dividentes sex, Subditi, seu Coloni, duo competere, cum hi inter tot subdividi non possint, secundum lineas, & ramos Condidendentium procedendum erit, ac Competentia ex Subditis juxta hos, & non individuo assignanda erit.

Observandum quoque veniet, an in Contiguitate exscindendæ ratæ unius, vel alterius Partis beneficium quodpiam, quod aliis commune esse non possit, reperiatur, uti sunt Viarum publicarum concursus, in quibus ratio Educilli subversatur, ita e converso Maleficia etiam consideranda. E. G. Si uni Parti Ager, aut pratum in contiguitate pascui loci cujuscumque advicinantis, adjaceat, & periculo damni expositus sit, reflexio proinde eatenus coram partibus quoad bonificationem ponenda, & rata ejusmodi in Quantitate præ reliquis augenda censetur.

In majoribus corporeitatibus, quæ videlicet ex compromisso Partium opere Geometrico elevari, & Subdividi deberent, cum & hic Judicis Exequentis præsentia prærequiratur, quoad Mappas, & earundem Authenticationem Norma hæc observanda proponitur.

1-mo: Ut Mappa per Geometram in Angulo, & loco illo, ubi delineatio inchoata est, in Mensula collocetur, & ope dioptræ per Exequentem collineata Signa, a quo ad quem, an cohæreant, revideantur.

2-do: Anguli an recte Mappæ inducti sint? Proba taliter instituenda est: assumatur in Mappa Angulus ille primus, in quo delineatio inchoata est, habeatque figuram E. G. hanc:



Assumatur ex Scala Mappæ, apposita linea ex A. ad B. ita & linea ex A. ad C. & extensio cujuslibet lineæ quot Orgiarum sit, prænotetur, tandem assumatur itidem ex Scala Diagona-

gonalis Lineæ ex B. ad C. extensio ; & pariter Orgiarum Numerus prænotetur, quibus habitis totidem Orgiæ, quot videlicet ex A. ad B. ex A. ad C. in lateralibus Anguli in plano terræ mensurentur, non secus Diagonalis quoque ex B. ad C. quot Orgias in se complectitur, ducta ex B. ad C. Mensura assummantur, si latera omnia Anguli hujus in superficie etiam terræ, tot numerabunt Orgias, quot ex Mappa prænotatæ habentur, Operatio geometrica relate ad Angulum hunc recta est. Et sic in reliquis Angulis etiam proba institui potest ; Angulorum itaque in Authenticatione Mappæ potissimum ratio habenda.

3-to: Disponendus erit Geometra ad id, ut potioris Compoffessoris ratam potissimum in Majoribus Corporeitatibus excindat, dein vero in minores ratas subdividat. Projectum hoc scribentis observationes has experientia commendari.

4-to: Quamvis Domini Geometræ Jura-mento obstricti sua perficiant Munia, nihilominus cum in Calculo perfectis etiam Calculatoribus, & Artis hujus Professoribus errare humanum foret, Calculus operis Geometrici per Exequentem revidendus, & reassummendus censetur.

In *Subdivisione Sylvarum* tametsi harum Sequestrationes potissimum opere geometrico fieri soleant, nihilominus his quoque qualitas in ac-

cura-

curatam reflexionem summenda, etfi pars aliqua grandioribus Lignis, alia vero tenuioribus, aut etiam densioribus una, altera vero raris admodum Arboribus, duriori item, altera vero molliori Ligni qualitate abundet; in quantum fieri potest ex fingula Specie una vel duæ Orgiæ quadratæ, ad Orgialia Ligna assumendæ, quot nimirum ex una Orgia quadrata, Ligni focalis Orgiæ evenire possent, ac ita assumpto fingulæ Speciei pretio reflexio quoad excindendas ratas habenda, & bonificatio Parti læsæ a proportionanda.

In *Æstimationibus* diversa est Methodus, cum varia sint *Æstimationum* Objecta. Adeoque:

1-mo: De Agris, seu Terris arabilibus in quantum hæ Executioni submitterentur, observanda erit qualitas glebæ, an fertilis, an vero sterilioris Classis sit? eo præhabito, statutis ad *Æstimationis* Actum Convocatis, jugerum unum ex fertiltori, in Orgiis 1100.; in steriliori in Orgiis 1200, aut pluribus pro ratione qualitatis exsignetur, *Æstimatorum*que, seu Convocati super his interogentur, triplex aratura designati Agri quot diebus perfici possit? quid item titulo Mercedis ab Aratura, in pecunia assumendum? quot Posonienles Metretæ ad jugerum hoc, ex Tritico, vel Siligine pro seminando Agro hoc requirantur? & quali pretio assumantur? Titulo Occationis quid? quot cruces
pro-

procreari possint ? quot Metretas Pofonienses una Crux dare consuevit ? quantum pro Messoriali rata ex his subtrahendum ? qua subducta pretium remanens exponendum, quid denique pro invectione ex Agro ? quantum item pro parte trituratoria supputandum ? ita ut omnes impensæ, & fatigia in pecuniam conversa ex procreatione, & fructu designati jugeri supputentur, ac tandem remansa Summa ad rationem proventus assumatur, ut in exemplo :

Ager in Diverticulo T. steriliori gleba per
1200 Quadratas assumptus.

	flor.	sr.
Triplex Aratura, & Occatio	3	
Siligo Pofoniensis Metreta		
‡ 1/2 infeminata facit	3	
Invectionio frugum		10
	<hr/>	
Summa	6	10

Procreatio.

Tres cruces dant Metretas Pofonienses	8 1/2	
Subtracta Messoriali rata	1	
manent	7 1/2	
Subtracta trituratorie parte	1	
manent	6 1/2	
Subtracta feminatura	1 1/2	
manent	5	

Pretium

	flor.	sr.
Pretium harum facit	10	
Cum vero singulo tertio Anno arum non fructificet detracta $\frac{1}{3}$ manet in Summa	6	40
Subtractis impensis	6	10
	<hr/>	
manent		30

2-do: In Aestimatione pratorum pariter exsignandum erit unum jugerum, respectu Quantitatis ad Orgias 1100. in sterili, in fertiliori 1000.

	flor.	sr.
Procreat unum Curram foeni, Pretium ejus	4	
Supputantur Expensæ in falcaturam utpote unius diei falcatura		24 xr.
Collectio & Compositio		24 —
Invectio		30 —
	<hr/>	
Summa	1 fl.	18 xr.

Quibus Subtractis manent	2	-	42
--------------------------	---	---	----

Eruto taliter unius jugeri Calculo procedatur quoad reliqua.

ÆSTI.

ÆSTIMATIO S Y L V A R U M.

In Devastationibus, & defectarum Arborum, ubi jam ablatae, & avectae fuissent, truncis, ardua admodum est Aestimatio. In hoc proinde Casu vicina plaga, quæ tamen, tam quoad Speciem, quam & Qualitatem cohærere, & assimilari potest in Quantitate devastatae assummi solet, ac taliter ad Orgias quadratas, & quot Lignorum Focalium Orgiæ ex una quadrata erui possent, damni ratio concentranda, ac in pretio in loco eodem solito assummenda.

Ubi vero ædilia, aut majoris considerationis, & utilitatis Arbores æstimandæ forent, hæ singillative connumerandæ, & Qualitas harum ab exstantium truncorum quidditate, & Magnitudine aliis Arboribus appropportionandæ, ac his assimilatae in Aestimationem leviori tamen cum genuina defectarum, & avectarum qualitas, cognosci haud possit, pretio assummendæ.

Ædificiorum Aestimatio; eorum quidem, quæ ex solidis Materialibus, & per Artis peritos opifices elevatae sunt, medio talium instituenda, & pereosdem omnes impensæ, tam respectu Materialium, quam & laboris sub Juramento in specifico apponendæ, In aliis porro ruralium Opera positis ædificiis Oeconomi periti

ex juratis, & alii in Aedificiis ejusmodi ponendis versati adhiberi solent, & summarie pretium æstimationale apponi consuevit.

Exstirpaturæ pariter ad jugerorum quantitatem assummendæ, Situsque harum an rariores? aut vero densiores, exstiterint observandus, demum in emenso in rariori, ita & densiori Situ jugero quot dierum Labores impensifuerint, per exstirpantem consignandi, Mercesque laboris ad pecuniarum calculum deducatur, etsi exstirpata ligna exstirpanti cessa fuerunt, harum quoque pretium ex Mercede laboris supputetur.

Æstimatio Damnorum in segetibus, & pratis fieri quidem solet per rurales Judices, super-Æstimatio nihilominus ex lege per Judicem Nobilium. Contingit in Æstimationibus his, ut una & altera pars medio localium, aut vicinorum Judicum damna ejusmodi æstimari curent, æstimatioque diversa in ratione damni, per utramque partem producat; in Casu hoc antequam ad Æstimationem alterutram ratificandam procedatur, ipse Judex Nobilium ut præmissum est, in quantitate unius jugeri, si tantæ Capacitatis damnum plagam occupet, secus vero duas, tres, aut plures quadratas emensurari faciat, & sic qualitatem damni in respectu tertialitatis, quartalitatis, aut Medietatis dispescatur, ac tandem formular Æstimationis Agrorum relate ad procreationem assummendo,

damni

damni qualitatem eruat, & si memoratæ Aestimationes, ab Aestimatione Judicis Nobilium multo non differant, præstabit duas Aestimationes illas, & damni Quantitatem in unam Summam reducere, & hanc bifariare, secus si magna sit differentia inter judiciariam, & ruralem Aestimationem judiciaria expedienda, & partibus extradanda erit.

In Aestimationibus Segetum authumnalium Succrescentium, ita & Vernalium in viridi adhuc existentium, caute nimis procedendum, quia fructus adhuc sperativus est. In similibus itaque a damni decisione, & eruitione abstinendum censetur, verum si in Authumno damni illati ratio prætenditur duplicata Merces invagationis pecorum adjudicanda, vernali autem, & Messis nondum approximante tempore, dum videlicet adhuc Spes aliqua producendarum spicarum superesset, in medietate Aestimationalis pretii, ut in Segetibus jam Maturis procedi censeretur, in his proinde, temporis, & qualitatis frugum ratio habenda.

Pecora ex Segetibus, aut Damnis quibusvis invagiata, aut ex controversis locis abacta Vice-Comiti, aut Judici Nobilium juxta præscriptum Legis resignantur, & non Jurassoribus, talis enim resignatio pro nulla censetur.

Judex pecora sibi resignata acceptans, Testimonium super facta resignatione scripto, resignanti

gnanti extradare debet, ne de tempore resignationis inter collitigantes quæstio suboriatur.

De resignatis jam pecoribus, per damnificantem, Judex, non autem resignans requirendus, ac in Casu invagationis, si damnum æstimatum est, pignus reale Judici exhibendum, demum invagiatus per eundem Judicem, cum eodem pignore reali ad peragendam damni Æstimationem admonendus erit, qui si pignus reale acceptaverit, eo tamen non obstante, damnum æstimari non curaverit, Judex de resignatis pecoribus manus Judiciarias abstrahere, & ad requisitionem, pignus reale exhibentis deponere debet, & in tali Casu Birsagium Marciale Cursum suum obtinet.

Quid titulo expensarum in Articulo 42. 1729. memoratarum, in Casu invagationis prætendi debeat? Censeretur Intertentio pecorum invagiatorum, & Taxa Invagationis, ita tamen, si pecorum tempore detentionis Invagiatus Usus non habuit.

In *Processibus*, & *Causis* judicandis, cum in his juxta allegata, & probata, & Leges Patrias procedendum sit, hæc solummodo accurate discutienda, & revolvenda sunt. Modum nihilominus Processum conclusum revidendi, & extrahendi hunc commendari, ut Documenta primum Partis A. juxta Seriem, debite, & lateraliter in una facie phileræ, altera vero Partis I.

ab opposito extrahantur, quibus extractis, Allegatorum Series legatur, & ex his probæ, & Argumenta in duas facies phileræ ab opposito Partis utriusque exponantur, facilis, & una utilis Methodus hæc est, quia ex Documentorum extractuali Opere determinativum fere semet judicium insinuat, & allegata, quæ prævaleant, Combinatio horum elucubrat, & hæc in Casibus facti, in Quæstione autem Juris Leges combinandæ, & revolvendæ venient.

In *Deliberationibus* efformandis, incumbit Judicibus primæ Instantiæ, ut omnes probæ, (ne ulla quidem exmissa,) Partium abutrinque in ipsa Sententia enumerentur, ac ex harum Combinatione, Enervantia, aut Meritum Actionis Solidantia fundamenta ad probas Convictionis, aut absolutionis inducantur, quia Judicia primæ Instantiæ in altioribus foris non exigua sunt Attentionis.

In *Executionibus* peragendis Methodus Jurassoribus præscripta, huic etiam officio deserviet.

In *Urbarialibus*: Quamvis Regulatio urbana nec ipsi Domino Terrestris, neque vero Subditis in Partibus his adeo grata foret, siquidem neuter horum Oeconomix suæ progressum debite provehere possit, interim ubi hæc de stricto observanda veniret, invigilandum in eo habebit Judex Nobilium, ut Paragraphus de duplicatione robotarum, & quæ extra gremium

mium Terreni præstandæ sunt obligationes, & Robotæ subditales, concilientur in quantum fieri potest, & debite explicentur.

In præstationibus, & Operis currulibus quantitas Oneris, & Distantia relate ad vecturam per Comitatum elaborata, in effectum deducenda. In his duobus potissimum quærelæ Urbanales subsistunt.

Præferenda est itaque illa inter Dominum Terrestrem, & Subditos Dispositio, & Coalitio ubi dierum urbarialium præstationes in tres, quatuor, aut plures Oeconomicalium Operum Classes dispescuntur; nihil etenim molestius, & periculosius Oeconomo, quam si Stasis suis temporibus Operæ, & Labores non perficiantur, ita vicissim Subdito damnosum est, si a cepto opere suo potissimum in ferventibus laboribus ad peragendos urbariales obligatus, abstrahatur. Cæterum quia Regnicolaris de regulatione hac dispositio in ipso jam Opere foret, inviatio ab hac præstolanda.

IN MILITARIBUS.

Militia dicitur alia stativans, alia Transennalis; Collectaculum item Tyronum, ad Comitatus, & Districtus disponi consuevit, dispositiones hu-

jusmodi jam ab Excelso Consilio , jam vero a Commissariatu intimantur, & significantur Comitatu, hic vero dislocationes, & Ordinationes necessarias Judicibus Nobilium submittit, Isti vero subalternis suis, aut Commissariis plena cum Instructione sine ponendarum, tam respectu Oralium, quam & equidum Portionum, ita & Carnis, & præjuncturarum apud locales Judices dispositionum extradant. Commissario itaque

Incumbet, ut Transfennalem Militiam in Limine Processus, seu ingressus præstoletur, & prævie factas dispositiones Transfennam commendanti officiali communicet, defectusque omnes præcavendo, cum habitu Militiæ computum, in quolibet loco Transfennali cum eadem Militia peragat, ac Judici Nobilium referat.

In frequentioribus, potissimum tempore Belli solitis Transfennarum progressibus, Stationes Transfennales facta prævie Ordinario Vice-Comiti, aut Universitati insinuatione, cum coincidentia etiam Transfennalis officialis permittendæ, aut vero Sublevamen, ex advicinantibus locis in Oralibus, & equilibus procurandum. Commissarius denique super eo instruendus, ut administrationem ejusmodi vicinorum locorum separatim per Militiam quietari curet.

Collectaculum ne ultra Annum in Possessione una permaneat, ad Antevertenda ex longiori hujus Mora emergentia damna, Judex Nobi-

Nobilium coram Inclÿta Univerſitate collabo-
rabit.

Quoad ſtativantem Militiam obſervandum
habebit. Cum hæc ex altiori diſpoſitione Comi-
tatibus in majori etiam Numero adrepartiri con-
ſuevit, caſu in hoc ad intertentionem Copio-
ſioris Militiæ hujus. Omnia Comitatus loca con-
currere debent: primo itaque in tres, aut plu-
res partes cum Cointelligentia Commendantis
Colonelli ſubdividi, & Circulis elaboratis, ad Lo-
ca Comitatus majora, ubi videlicet Caſarmæ,
& quarteriales Domus reperiuntur, dislocanda
veniet; aſſumpta demum totali ſtativantis mili-
tiæ competentia, ac juxta dicas totius Comitatus
(cum onus Contributionis totum Comitatum ma-
neat) ſingulis locis adrepartita, ad loca eadem
contractionalia adminiſtrari, & Commiſſario
contractionali reſignari ſolet, qui portiones eas-
dem erogare, & juxta computus ineundos, ratio-
cinari tenetur.

Solet quidem evenire, quod loca quædam
Comitatus; defectu Naturalium præſtandorum
laborent, ideo tamen ſimpliciter ex præſtationi-
bus exmitti, & in locum horum alia loca bene-
ficiis his proviſa, aggravari haud poſſunt, ve-
rum talia ad comparandum ære parato invianda
ſunt, injuſtum enim videri, ut aliquis in Onere,
quod omnibus commune eſt, propter alium
aggravetur, ſiquidem Fatum ejusmodi, & leſe-
ctus

ctus subseque & Loco pro nunc beneficio Naturalium provisio, evenire possit.

Loca contractionalia pro Onere personali, & stabulari, ita & præstatione luminis bonificationem ex Cassa domestica percipere solent, adeoque quærelæ locorum talium attentionem magnam non merentur, recordor etenim complura sanioris Consilii loca, super eo quondam instituisse, ut contractionalis Militia iisdem illocetur, & non immerito, quia experientia propria edoctus sum, unam Divisionem equitum in Processu dimidio Anno moratam, dimidium quanti Contributionalis imputatis bonificationibus, consumpsisse. Ex stativante itaque Militia beneficium in Contribuentes redundare palam est.

Ad præcavendas Exactiones, Limitatio Victualium per Comitatum elaborata, Militaribus officialibus extradanda, ac in quantum locus contractionalis insufficiens foret, ex adjutorialibus Circuli locis victualium defectus supplendus erit.

Excessus Militiæ ante ineundum computum cum officiali communcandi, & ad præcavendas dissensiones complanandi.

Provisio de Focalibus lignis, dispositiones de continuo servandis Carnibus, & congruo educillari potu faciendæ, quibus præhabitis si defectus ex parte politica nullus fuerit, harmonia, & pax ex utraque parte permanebit.

Ex

Ex Administratione contractionalium Commissariorum ingentes sæpe deperditæ, & damna contribuentibus enascuntur, remedium itaque in his hoc proponi. Contractionalis Commissarius ad id adstringendus, ut loca ad contractionalem locum assignata, seriatim in computu, prout Competentias suas administrarunt, assumat, & primi administrantis loci, ac reliquorum, quæ videlicet computualis Consumptio exegerit, totam Competentiam in computum inducat. E. G. in Loco contractionali A.

Possessiones.	Portiones promiscuas.
Soroksár	2000
Harasztí	1500
Taksony	1400
Nemedy	1800
Pereg	1300
<hr/>	
Summa	8000

Consumptio autem stativantis Militiæ in contractionali hoc loco facit in Summa 7700 cum itaque Consumptio non adæquet harum Possessionum Administrationem, ultimo loco positæ Possessionis Pereg administratio, nonnisi in Portionibus 1000 ad computum hunc inducenda, remanentes vero 300 Portiones in futuro Computu Loco primo exponendæ venient, & sic continue quoad reliquas Locorum administrationes
ur

in singulis Computibus procedendum , & hanc Methodum Contribuentibus, & ipsis etiam Commissariis esse securissimam Experientia Testis est. Incumbet proinde Judicibus Nobilium, ut adrepartitum sibi obtingens, singula Possessio de pleno, & absque defectu, ad contractionalem sibi locum designatum, administret, Commissarius denique contractionalis de administratis Lignis focalibus tam officialibus, quam & ad infirmarias erogatis, in singulo Computu ratioeinium Judici Nobilium exhibeat.

IN POLITICIS.

Effectuationes, Investigationes erga Intimata, antehac per ordinarium Judicem Nobilium peragebantur, nunc promiscue relate ad substratum cujus Circulo adhæreat, effectuantur, Operis hujus morosa Dilatio sæpe onus etiam Responsionis post se trahit.

Quoad reliquas Investigationes Jurassoribus præscripta Methodus per Judices Nobilium rejicienda non erit. Ita

In Sedibus etiam Dominalibus memoratæ Observationes, officio huic subservient, cum porro loca complura reperiantur, in quibus Sedes Dominales, per Annos etiam haud celebren-

brentur, quærelarum autem Objecta, in omni fere loco communia sint, in his Judicibus, & Juratis maxime oppidanis Discussio, & Investigatio quærelarum inter Contribuentes, tuto concedi potest, ea tamen Lege, ut Causa talis dissentiente parte alterutra, per Viam quasi appellatæ in præsentiam sui deducatur, Mos hic vigeat in Locis potissimum illis, quorum Dominia Terrestria, aut remotius a Comitatu residebant, aut vero Sedes Dominales servare detrectabant, & antequam Vice-Judices Nobilium Activitatem parem cum Ordinario nacti fuissent, Appellationes primo ad eos, ab iis vero ad Ordinarium fiebant, ac si Circumstantiæ, partes Domini Terrestrialis, aut vero ipsius publici feriebant, Dominio Terrestri, aut Comitatu per Ordinarium Judicem Nobilium referebantur, ac taliter decidebantur.

Cum ipsa Locorum communis Utilitas a debita, & justa Judicum administratione propendeat, Manipulatio hæc Judicum per Judicem Nobilium accuratius inspicienda, & tametsi Censura rationum, Domino Terrestri competat, observato nihilominus in quibusdam locis eo, quod officiales horum, aut eatenus minus fundati, aut vero obiter revisionem rationum pertractent, Judicibus Nobilium Provincia hæc in illis adminis locis in quibus rationes Judicum, in formali Sede dominali non assumuntur, deferenda, & ex Publico ordinanda censeretur, ut
visis,

vifis, & compertis defectibus, hos emendare, & rectum manipulandi publici Ordinem inducere poffint. Cujusmodi Methodus in adnexa obfervationibus his appendice lumen, & Directionem exhibere poteft.

Judices proinde, & Jurati, ex bene moratis & ad gerendum, & Manipulandum publici Onus intelligentes, non obftantibus plebeorum Votis, cum Cointelligentia Dominorum Terreftrium eligendi, & juxta Difpofitiones etiam altiores per plures Annos, dexteritate eorum comperta, confirmandi forent.

Notarii, in quorum dexteritate tota Communitatum felicitas confiftit, ex fubjectis ad ob-eundum munus Capacibus conftituendi, & affumendi, Salariumque horum competens, & laboribus pro Magnitudine Locorum, & incumbentiis Servitium hoc contingentibus, commenfurandum, & ex Publico erga relationem Judicum Nobilium, decidendum, cenferi.

Viguit ea Confuetudo, ut Judices Nobilium Proceffuales Congregationes celebrare potuerint, & refpectively etiam debuerint, in quibus Convocatis ex fingula Poffeffione Judice Jurato, & Notario Antefignani, feu Decuriones, communi horum Voto eligebantur, demum circa campeftrium laborum defigendam Mercedem, quoad Vagabundorum, feu Betyár dictorum regulationem, ita refpectu Qualitatis procreationis frugum, & limitationis objectorum,

& alia beneficia, damna item, & fatalitates, quæ Processum concernebant, Sensum, & Opinionem Communitatum Judex Nobilium, a Primoribus his excipiebat, ac tandem in Generali, aut Particulari Comitatus congregatione pro Idea, & Inviatione Occasione pertractationis horum referebat, adminicula hæc in Publico fiendas, aut ponendas Dispositiones facilitabant.

Decuriones itaque ad persequendos, & intercipiendos fures per Ordinarium Judicem Nobilium modo, ut præmissum est, statuebantur, ac Salarium horum mutua Coalitione Judicum, & Juratorum defigebatur, assumptoque totius Processus dicarum Numero, relate ad singulam Possessionem appropportionabatur. Hi independentes a Judicibus Communitatum, Judicum, Nobilium Commissionibus regebantur, requisiti tamen per Judices, in incassandis restantiis, & Executionibus, ubi ab Obligatione sua vacabant, adjutorio esse debuerunt.

IN CRIMINALIBUS.

Fures interceptos, *Decuriones* Ordinario Judici Nobilium cum informatione quoad delictum submittendos habent, qui si Capitali pœnæ obnoxii

noxii fuerint, ad Comitatenfes Carceres de loco in locum expediuntur, fi vero furtum minoris Quantitatis exstiterit, damnumque restitutum est, Judicis Nobilium Activitas ad puniendos hos semet extendebat, uti & in furto unius Vaccæ, aut equi communis, fures in primo Actu furtivo deprehensi, damnumque si restitutum est, ordinarius Judex Nobilium in facie loci punire solebat, non secus

In *fornicatione simplici* delati, adjudicatis pro intertentione prolis (si rea gravida fuisset) flor. 30. in facie Ecclesiæ Viri 30. baculis, & rea cum ablactatione 30 scuticis plectebantur.

In *adulterio* insimulatis ratio delicti directe pœnam publicam Comitatensem exigit.

Observandum generaliter in Criminalibus: an reus in loco, & facto delicti comprehensus? an res furtiva apud eum reperta? an crimen ipsemet confiteatur, aut per Testes plene probetur? an denique præsumptio de Actu, & crimine per eundem patrato, tam gravis sit, ut de alio nullatenus præsummi possit? & in his solum Casibus comprehensio, incaptivatio, & pœna locum habere censetur.

Exhibent semet varii Casus, & Eventus:
E. G. Quidam Oeconomus pecunias suas in duobus Sacculis in stabulo in certo Vase frugibus repleto, reconditas habuit, ex furto sublatis his apud famulum suum Sacculus suus repertus est, quem ipsemet ablatum confitetur, de alio se nihil

hil seire affirmat, probæ de Sublatione alterius per eundem factæ nullæ sunt, an hic quoad alterius etiam Sacculi Sublationem, & furtum convinci, & ad restitutionem adstringi possit. Quæritur? negativa stat; ratio est: Quia ad reconditas in pervio loco, pecunias, aliis etiam Accessus patebat, adeoque præsumptio ad alios quoque extendi potest, consequenter Corpore delicti non exstante, convinci non valet.

In *Cambiationibus*, & *Venditionibus* persæpe occurrit, quod Proprietarius comperto interno pecoris, aut pecudis suæ defectu, illud abalienare volens, vendit, aut cambiat, & defectum ejusmodi emptori, aut secum cambianti revelare negligit, consumato demum Venditionis, & Cambiationis Actu, emptor, aut Cambiator observato emptæ rei vitio, rem cambiatam, aut sibi venditam restituendo, sua repetit. In similibus Casibus petitum, defectuosa pecora ementium, & cambiantium justum est, quia abalienator externum quidem defectum, qui cognosci potest, detegere de stricto non obligatur, sed internos defectus revelare ex Conscientia, & præcepto incumbit, quia Nemo cum positiva damnificatione alterius locupletari potest, ejusmodi itaque rerum abalienatores, etiam si in publicis nundinis Actus hos illicitos intentent, ad restitutionem obligandi veniunt.

Contingit etiam Casus, quod Proprietarius furto sublata pecora, & res suas amissas quaerendo, ad cognitionem directi furis perveniat, & cum eodem quoad restitutionem damni, ac insuper Occultationem Criminis hujus conveniat, & accordet. Quaestio surgit: An actus hic damnificato improbari possit? Censetur quoad restitutionem damni licitam quidem esse Conventionem, ad deferendum tamen, & publico notificandum Crimen damnificatum semper obligatum, & obstrictum esse. Crimine demum furti in publico assumpto. Si quid damnificatus ultra valorem rei suae furto ablatae, fatigiis, & impensis etiam adjectis, a fure tali perceperisset, id reo restituendum fore. In tanta itaque furum, & Malefactorum colluvie in eo collaborandum ut damni restitutio, in quantum fieri potest, Occasione interceptionis per Malefactores procurari possit, nam in Carceribus diutius detenti, se quidpiam habere pauci admodum confitentur. Casus ejusmodi plures enarrare supervacaneum duxi; cum Judices Nobilium in his alioquin sufficienter edocti, & ad decidendas occurrentes quaestiones plene instructi praesupponantur.

Decurionibus, & Antesignanis quoad interceptiendos, & persequendos fures Manipulationis idea elaboranda foret, & quia ad capiendas ejusmodi Noxias, & Publico perniciosas Volucres retia in occulto, & abscondito ponenda, & illis tantum, quorum intererit, Manifestanda

conferentur, observationibus his talem adnectere consultum haud fuit.

Limitationem excedentes, & non observantes mensuras, aut falsis utentes, ex lege per Comitatum puniuntur, & provincia hæc Judicibus Nobilium commissa est, in genere excessuum horum, præ Cæteris majorem attentionem requirunt laniones, & Oenopolæ, hi ante hæc observato excessu in flor. 12. puniebantur, pœnam tamen hanc, si Visitatio ponderum, & mensurarum singulo Anno semel instituat, non esse appropinquatam delicto, nam si lanio in una libra defectum unius Unciæ habeat in 32. centenariis unum centenarium sibi fructificat, consequenter si per Annum 100 Centenarios carnis emacillet, lucri habebit 3 centenarios, solutis proinde 12 florenis nihil amittit. Eadem est ratio Diversitorum, & Cauponum; frequentius itaque visitatio Mensurarum, & ponderum instituenda, aut Mulctæ eidem pecuniariæ ad frœnandos hujusmodi excessus pœna etiam corporalis adjicienda conferetur.

Occurrit hic Quæstio etiam illa, quæ ex importunis lanionum in omni fere Comitatum congressu interpositis de elevatione pretii carnis Sollicitationibus agitari, & cum dissensione Universitatis Commembrorum pertractari consuevit, an videlicet, & quando pretium Carnis elevandum, aut devalvandum sit? Argumenta lanionum quoad elevationem pretii sunt. 1. mo.
tem.

tempore æstivo diuturna Siccitas, & ex hæc proveniens defectus pascui, ita 2-do pro hybernali intertentione subsecuta fœni penuria suapte denique 3-tio ex defectibus his profluens elevatum pecorum pretium 4-to elevata prædiorum arenda, quam Dominis Terrestribus ad servanda Macellaria pecora dependere debent. In his & talibus temporum Circumstantiis, & Vicissitudinibus pretium carnis relate ad pretium pecorum emacillari solitorum (nam pecora Melioris qualitatis per Laniones distrahi, & non emacillari solent) augendum carnis pretium pro justo agnosci. 5-to: Fertioribus in respectu pascui, & fœni temporibus obvertunt, quod tempore hyemali secundum limitationem Comitatus magnas deperditas habeant, siquidem fœno emacillanda pecora interteneant. 6-to: Quod boves emacillare obligentur, Rationes hæc subsistere hand possunt, quia tempore limitationis horum omnium reflexio habetur, ac insuper si quas in hyemali emacillatione deperditas habent, illæ per æstivalem emacillationem suppleri abunde solent, sed & hoc, quod solam bovinam carnem emacillent, a vero alienum esse experientia testis est, cum igitur ipsa ratio Publici æquilibrii attentionem exigat, ne Publicum per elevatum nimis carnis pretium flagelletur, & e converso Laniones per devaluationem propter publici commodum damnificentur, consentaneum fore censetur, si habita reflexione temporis, & Anni circum-

cumstantiarum, Oppidani quoque, & Pagenfes laniones Arendatores item Macellorum, & ipfi etiam locorum Primores circa determinandum Limitationis pretium audirentur, imo ipsa etiam registra Communitatum, quæ Macelli beneficium exarendatum per Macelli curatorss administrant, per Judices Nobilium inspicerentur, & ex his ita sensu, & opinione Judicum, & Juratorum relate ad pecorum pretium limitationis idea asumeretur, cum in qualitate carnis gremialia etiam loca, & Oppida æque provisa sint, & boves quoque emacillare soleant, & certe non videri rationem, si Domini Terrestres, & quam plurimi etiam ex reliquis altioribus statibus, in gremio Comitatus, & Bonis suis degentes Vaccina carne contentantur, cur in Liberis Regiis Civitatibus idipsum induci non posset? Major enim populi pars minorem post se trahere deberet, taliterque per devaluationem pretii publico etiam succurri posset.

Si porro nec ex his quidpiam ad scopum limitationis conferri possit, occasione singulæ limitationis (quæ in hybernalem, & æstivam antehac dispersita fuit) proba instituenda foret, ea Methodo, ut boves, & vaccæ tales relate ad qualitatem, & pondus, quales in Liberis Regiis Civitatibus emacillantur, ab extraneis, aut gremialibus quæstoribus, aut colonis comparatæ per oppidanum, aut pagensem lanionem prævie ad-

jurandum, in præsentia Magistratualis Personæ, & ipsis lanionibus Regiarum Civitatum æque præsentibus, sed ad actum probæ instituendæ nulatenus influentibus, decussis pecoribus Caro, & sævum in pondere, reliquæ vero partialitates quomodocunque fructificantes, separatim assumantur, & connotentur, ac taliter valoris cum pretio facta appropportionatione, pretium carnis relate ad damnum, aut emolumentum lanionum concentrari posset, & hæc fuit antehac usitata in Inclyto Comitatu hoc limitandæ carnis Methodus.

Observandi venient etiam Quæstores cum frugibus, & horum Mensuræ, seu Metretæ accurate investigandæ, alii etenim in publici fraudem duplices Metretas, unam videlicet minorem Occasione venditionis frugum suarum, aliam ad casum emptionis majorem præparatam. Alii denique fraude illa utuntur, & Unica sive Media, sive Integra Posoniensi percipiunt, & erogant, verum fundum Metretarum pro Casu Venditionis, aut emptionis excipere, ac invertere, & taliter fructus suos moderare consueverunt, necessum proinde erit, ut in ipso Actu venditionis, aut emptionis, & Occasione ipsius Mensurationis Metretarum ejusmodi Visitatio, & Combinatio instituat.

In Opere Dicationali. Agitur hic de fundi contributionalis objectis appropportionandis, & inter contribuentes æqualiter, pro ratione virium, & facultatum, beneficiorum item repartiendis. Complures in Opere hoc experiri licet differentias, & in revelationibus etiam contribuentium maleversationes.

Feliciora sunt præ cæteris loca illa, quæ vigore Urbarii ad Classem inquilinariam redacta sunt, velut Agris ad constitutum sessionale necessariis destituta, in locis, & Possessionibus his jugalium pecorum Numerus tantus est, ut pleraque Urbarialibus Agris provisa loca superent, Agriculturam suam in exarendatis prædiis perficientes, media Sustentationis æqualia habent, cum proinde Prædia, & Dominorum Terrestrium tenuta Contributioni subjecta esse non possint, in parte hac urbarialia loca, quæ ab Agris, ut urbariali suo constitutivo præstationes urbariales, Onus item Contributionis sustinere debeant, prægravari clarum est. Ita evenit in Locis urbarialibus Agris provisis, ubi Inquilini, & Subinquilini erga exiguum Censum Agros Colonorum usuant, Colonus vero tam præstationes urbariales, quam impositam Contributionem ab his dependit.

Antiqua proinde Comitatum idea procreationem pro objecto Contributionis assummentium, appropportionandæ repartitioni, & commen-

furando Contribuentium Oneri magis deferviebat, nam

Objecta hæc Agrorum, & pratorum in respectu Contributionis in partibus his instabilia sunt, sæpius etenim in locis Danubio vicinis notabiles plagæ terrenorum exundatione danubialis Aquæ inusuabiles redduntur, ita prata in lacunas, & cariceta convertuntur. In elevationibus vero, & sabulosis locis, in tertia, & quarta Classe positi Agri, vi ventorum una cum fructu sperato auferuntur, etsi primæ, aut secundæ Classis Ager eis advicinetur, hunc quoque Sabulo obtegunt, & ex uno Malo duo enascuntur pessima, Agri nihilominus tales velut urbano inscripti, in ipsam quoque Conscriptionem Dicalem quot Annis inducuntur, adeoque a damnis etiam in constitutivo ejusmodi interventis, contribuere debet miser Colonus, si proinde procreatio pro objecto Contributionis assumeretur, ad minus hac frustratus, ab objecto Agrorum, aut procreationis non contribueret.

Medium itaque ad conciliandas differentias, & defractus hos ex Publico ponendum censetur. Cum porro in Conscriptionibus Facultatum, Contribuentes, alii satis, alii minus sincere sua revelare consueverunt, modusque in Opere hoc adæquate effectuando difficilis est. Reperi enim Possessiones aliquas, quæ diversas Conscriptiones facultatum suarum efformabant, a-

liam

liam pro Conſcribentibus Magiſtraturalibus, alteram pro privata ſua repartitione deſervientes, paſtores proinde in Caſu Maleverſationum harum ſtriſte adjurandi venient. Caterum

Reiteranda quot Annis ratione facultatum contribuentium Conſcriptionis, niſi communis lues, Anno peractæ Conſcriptionis, & ſucceſſive graſata fuiſſet, ſupervacanea cenſetur. Comperi etenim in certis locis, quod ſubſequenti etiam Anno Coloni eaſdem ipſas Facultates, tam in Numero, quam & Specie indixerint, & vix quatuor, aut quinque fruſtrorum differentiam ex Combinatione utriuſque Anni indictionibus eruere potuerim, ſed & alioquin juxta Magiſtratualem Conſcriptionem, repartitio inter Contribuentes ipſos fieri non poteſt, ſiquidem hi ingruente ipſo hyemali tempore, ubi videlicet Incolæ pecora ſua domi intertenent, conſcribere ſoleant, intervalloque inter magiſtratualem, domeſticamque eorundem conſignationem decurrente, notabilis de, vel accreſcentia eveniat, quibus ex Motivis dicalis conſcriptio ad plures Annos extendenda, & nonniſi facultates, quorum bonificatio ex Caſſa domeſtica fieri aſſolebat, erga inſinuationes locorum, conſcribendæ forent.

Arendatores, Opiliones, qui magna in publici Utilitatem, & Contribuentium Commodum convertenda beneficia abliguriunt, & per elevatum arendale pretium ab Uſuſuctu beneficiorum

rum dominalium Subditos excludunt, in Persona, & facultatibus tantum suis propriis conscribendi; respectu etenim arendæ, & facultatum dominalium ipsos Dominos Terrestres repræsentant, & quasi pro permutatoribus, & respective Emptoribus (quia in Sortem eorum, quæ Proprietarius in Natura percipere deberet, pecunias reddunt) reputantur.

*Observandum venit, quod Nobiles Armali-
stæ* in fundis colonialibus residentes, non ad Classem Contribuentium, verum ad Taxam legetenus deponendam conscribendi sunt, solent quidem in quibusdam Locis a Judicibus exiguæ intelligentiæ, & justis, & æqui rationem ignorantibus, Nobiles hi respectu publicorum onerum imprudenter vexari, tales itaque Legis, & Juris imperiti ad observantiam legalem, publica etiam Manu adstringendi, & coercendi, in quantum nihilominus privatas loci ejusdem, seu Communitatem ipsam tangentes Necessitates, & ad augenda, vel conservanda beneficia illa, in quibus & ipsi Nobiles Participes essent, Concursum horum concerneret, eatenus circa præstationes, aut exhibendas Operas pecuniarias, Conventio, & Coalitio tam Nobilibus, quam & Judicibus proponenda veniet.

Labores publicum Comeatum tangentes, uti sunt Viæ, & pontes, ad præpediendas item Aquarum eruptiones aggerum elevatio, aut aquarum derivatio. Hæ, & aliæ publici Manum

exigentes operæ, si periculum in Mora non subverfetur, & longiori tempore provehenda fuerint, prævia cum infinuatione, & cointelligentia Dominorum Terreftrium, aut officialium, & ipforum quoque localium Judicum influxu, tempus inchoandi, et perficiendi Operis, in quantum fieri potefl, a ferventioribus laboribus liberum deligatur, Repartitio demum ad loca, habita reflexione diftantiæ, aut vicinitatis inflituenda, remotisque locis æquilibrium refpectu proximorum in ratione aggravii elaborato, competentia appropportionanda erit.

Trajectus navales. Attentionem, & vigilantiam magnam exigunt potiffimum, ubi per Proprietarios extraneis exarendantur, præbent etenim furtivorum pecorum transpofitioni, & occultationi occafionem promptiffimam, quia in nullis fere particularibus naulis Difpofitiones aliquæ de investigatione, & perquifitione tranfeuntium pofitæ habentur, adeoque Authoritate publica naulorum ejusmodi Poffeffores ad fervandos Commiffarios adstringendi forent, & his Instructio per Comitatus elaboranda, & obfervanda extradari deberet, nolentes autem Difpofitionibus Publicis fatifacere, Fiscali actione conveniendi, ac infuper Proventus Nauli in fequeflrum affummendi, & ex his Salarium Commiffario labori, & fubfiftentiæ accomodum, ex publico ordinandum foret, & quia in certis trajectibus Tariffæ expofitæ habean-

beantur, ideo tam hæ, quam & Instructio, & regula transeuntibus, relate potissimum ad Quæstores, qui cum Coemptis pecoribus, persæpe vaga, & furtiva etiam pecora abigere, & transponere soliti sunt, in Tabulato exponenda veniret.

Occulti porro, & furtivi trajectus, cum ex Lege etiam pœnam post se trahant, ex ratione furtivorum pecorum, & ipsorum etiam furum, & malevolorum transpositionis, publica etiam manu tollendi, iisque utentes incaptivandi. & ut perniciosi, & furibus conniventes, puniendi censerentur.

Molitores ii, & tales, qui fruges ad comoliendum sibi commissas destruunt, vitiant, & majori in parte inusuabiles reddunt, ac insuper præter molarem ratam furta committere nihili pendunt, graviori pœna, quam fures plectendi forent, etenim, ubi majus crimen? quam si panem illum, quem Cœlestis Pater, in sudore vultus quærendum, & quotidie precibus etiam exorandum unicuique tribuit, desumpta ex hoc pro labore suo, & impensis rata, partem insuper suffuratur, & quod amarum magis est, residuum per vitiosam, & pessimam comolitionem inusuabile efficiendo, ab ore subtrahit, hi & tales flagellum publici merito dici possunt, fuerunt quidem quoad excessus hos Molitorum per Comitatum Investigationes institutz, & forte etiam pœnas suas receperunt, interim
cum

cum ejusmodi perquisitiones longæ litis Proces-
sum involvant, una etiam cum majori sæpe in-
commodo, & expensarum profusione damnifica-
tis eveniant, ad frenandos Molitorum pernicio-
sos Excessus medium subsequens projectari.
Ubi Molæ in defluxu Danubii in Possessione, aut
vicinitate ejusdem situantur, in littore Danubii
scipus pro corrigendis eorumdem excessibus
constituatur, ac insuper Tabula erigatur, cui
Merces a conficienda puriori farina per Comi-
tatum limitanda, ita etiam excedentium, aut
fruges male comolientium pœna pro singulo
perpetrati Excessus Actû defixa, & instantanea
damni restitutio inscripta habeatur.

Ad effectum porro horum procurandum,
pœnas quoque Molitoribus infligendas Judices
Possessionis illius, cui Molæ advicinantur, au-
thorisentur ea Lege, ut de singulo ejusmodi
excessu, procuratoque effectû genuinam relatio-
nem singulo semestri, aut trimestri Processuali
Ordinario Judici Nobilium facere sint obligati.
Molitores e converso si fruges quispiam ad co-
moliendum non exsiccatas, aut minus purgatas
eisdem attulerit, easdem ad indemnificationem
sui, Judicibus ejusdem loci insinuare, & osten-
dere teneantur. Hujusmodique Dispositio in
gremio Comitatus, ita & Vicinis jurisdiçtionibus
nota reddatur, & hoc ipsum in fluvialibus,
Siccis quoque Molis observandum induceretur.

Medium denique saluberrimum ad præcavendas Contribuentium, & totius publici per Molitores inferri solitas damnificationes censeatur: si fruges comolitioni exhibitæ, prævie ponderarentur, & subducta Molari rata, instituto eatenus per Magistratuales experimento, farina quoque cum furfuribus, in remanente ponderis Quantitate per Molitores præstanda, determinaretur, grato, & lubenti quidem animo singulus fruges suas comoliri faciens, titulo Ponderationis frugum a singula Metreta contribueret, dummodo damna, & furta Molitorum præcaveri possint.

DE VAGIS PECORIBUS.

Complures jam in merito hoc emanarunt Comitatus dispositiones, cum interim Manipulationum horum, in trifariam etiam subdivisa fuisset, damnificati in quærendis amissis suis pecoribus ferventioribus præsertim laboribus, peregrinationis ejusmodi pertæsi, debitum, ex rationibus etiam aliis cognitis, effectum consecuti non sunt. Censeretur itaque ut omnes ejusmodi vagi equi, & pecora ad exarendandam prævie certam, circa Meditullium Comitatus prædii partem, consti-

stituerentur, & ad manipulandum opus hoc, in publici, & Oeconomiae cursu peritus, cum qualicumque demum titulo, seu Commissarii, seu Oeconomi eligeretur, eidemque unus ex Decurionibus in Sublevamen adjungeretur, Salario uterque competenti providendi, qui equisonem statuere, registra item, quid, qua die, & Mense, ex Vagis ejusmodi pecoribus resignatum fuerit, consignare, quietare, & reliqua officii sui Munia perficere teneretur.

Cum porro pecora vaga sensim, & successive congregari soleant, singulo Anno circa finem Julii, aut ipso initio Augusti, ob incidens Triturationis licitanda venirent, ac tandem, si quæ ex his non distraherentur, cum iis, quæ subsequæ appelerentur, cum initio Novembris plenarie divenderentur, ac taliter Salarium Manipulantium, & ipsa arenda ex pretio distractorum pecorum, & taxa, quæ pro inventis deposita fuit, exsolveretur.

Obligatio vero Manipulantium sequens censeatur: primo ut Commissarius, seu Oeconomus Juramento si necessum foret, adstrictus, Protocollo rite confectum, in quo, qua die, cujus coloris, & speciei, sub quali stigmatate, aut signo pecora per quem, & unde eidem resignata sunt? quo die item, & tempore ex iis legitimata proprietate, quis, unde? & taxa persoluta receperit? inserta, & genuine inducta habeat, & velut recipiens Oeconomus resignantem sibi Vagum

gum equum quietare, ita semet contra quietari curare, ac ejusmodi contraquietantias rationibus adnectere deberet. Secundo nemini vagum pecus, aut equum curæ suæ, & Manipulationi conceditum, absque Vice-Comitis Commissione usuandum extradare præsummat. Tertio licitationis pretium a qualitate, & valore licitandorum pecorum instituat, quia emptores si licitatio in minori pretio inchoetur, ad æquale, & competens pretium, sæpe ex condicito etiam vix ascendunt. Quarto si in autumnali licitatione vaga pecora distrahi de pleno non possent, talia Contribuentibus erga mercedem hyemationis supputandam ex pretio, & valore pecoris usuandi extradentur. Quinto si post peractam licitationem, & respectivè distributionem, denuo alia Vaga pecora eidem resignarentur, talia pariter aut vendenda, aut Contribuentibus erga hyemationem assignanda, quia Onus hyemationis (nisi pecora partem aliquam labore recompensent) nimis onerosum foret, & ipsum etiam valorem pecorum superaret. Superinspectio denique Manipulationis hujus Processuali Judici Nobilium incumbere videretur, potissimum super qualiter legitimata proprietate vagorum ejusmodi pecorum, siquidem & pecora, & equi in Colore, & stigmatibus sæpe conveniant, & perjuria præmetuenda, & impedienda forent.

Publicandum foret in gremio Comitatus, & Judices Communitatum serio, & gravi sub animadversione, aut pœna defigenda inhibendi, ne Vaga pecora ultra triduum, facta intra hoc ad viciniora loca insinuatione, detineant.

Circa perquisitionem vagorum pecorum Antesignani, & Decuriones potissimum instruendi sunt, ut Armentarios, & equisones accurate examinent, & in Stigmata, quæ non ex usitatis in partibus his Literis consistunt, inquirent, quia a potiori furtiva ex remotioribus locis pecora in Armentis, & equatiis occultantur, & contingit, quod ipsi etiam pastores sub titulo quærendorum suorum pecorum, Passuales Literas a Magistratualibus expetentes, & cum his libere progressi, talia appellant. Unde

Pastoribus & equisonibus Passuales Literæ caute, ac nonnisi ad biduum ea cum insertione, ut ultra præfixum sibi terminum absque omni rationabili, & evidenti Causa oberrantes, eo facto comprehendantur, expediendæ censentur.

Id quoque prætermittendum haud censui, ut *lanionum sodales, & Judæi* ab armentorum frequentatione ex Publico inhibeantur, priores etenim vitulos, ab armentariis, levi pretio, posteriores vero pelles furto sublatorum, aut decussorum pecorum coemere, taliterque furtis continuandis Occasionem optimam exhibere soliti sunt.

Ad assequendum denique Manipulationis circa Vaga pecora, & furum persecutiones effectum, siquidem Conniventia Decurionum cum furibus, & Vagabundis sæpius comperta extitisset, una etiam excessus horum, & exactiones potissimum circa Armentarios, & Stativa pecorum, ubi varia utensilia pastorum auferre soliti sunt, Maleversationis delatæ haberentur, *Commissarii Campestris*: Uti antehac ex Statu Nobilium cum debita, & regulata instructione, & competenti Salario restabiliendi essent, qui cum Cointelligentia Vicinorum jurisdictionum Manipulationis hujus periodum ita moderarentur, ut continua quasi Circulatione persecutio Malevolorum cursum, & Operationem habere posset, memini etenim unius tantummodo Processus Incolarum furto sublato pecorum pretium ad 15000 fl. per Magistratuales consignatum fuisse.

Collaborabunt in eo Domini Magistratuales ut Articulus 22. 1729. venationem rusticis Civibus, & aliis ignobilibus prohibens, de stricto & amissim observetur, tum ex eo, quod rustici per hanc a laboribus abstrahantur, tum vero, quod Cives, & ignobiles per campos, agros, Sata oberrantes damna in Segetibus, penes lacuas, item & paludosa Loca, & circa pecorum greges, & armenta continuis Sclopetorum explosionibus pecora dispellere nihili pendant, ad desummendamque in transgressoribus legis hujus Articuli 18. Ulsd. D. 5-ti pœnam Dominos Terrestres serio admoneant, & in Contravenientibus, & desummere nolentibus Dominis Terrestribus vigore citati Articuli ipsi Judices Nobilium desummant.

QUÆSTIONES
 PROMISCUÆ,
MAGISTRATUALIBUS
 OCCURRENTES.

1-ma. **S**i Incattus in Comitatu hoc residens, per Judicem ratione Liquidi citatus, intra præfixi Termini adventum, domicilium suum in alium Comitatum transferat, & pro Termine non compareat, quid Judici, & Actori agendum sit?

Incattus ex Contumacia per Judicem convincendus, Actor autem petet allegative Processum cum tota sui Serie sine exoperandarum Compassualium Comitatu referendum, decerni, per quem etiam Compassuales ad Comitatum Domicilii Incatti expediendæ venient.

2-da: Si Incattus hic in Comitatu habitacionis suæ in præfixo executionali Termine semet opponat, ad dandam Oppositionis rationem, an per Convincentem, an vero per exequentem Judicem citari debeat?

Cum

Cum Actor Forum Rei sequi debeat, reus vero, seu Incattus sub Jurisdictione exequentis Judicis, tam quoad Personam, quam & ratione Substantiæ suæ, & facultatum constituatur, per hunc citandus, & totius Causæ decursus coram Comitatu hoc provehendus erit.

3-tia: Si Incattus ob impedimentum in via incidens, post tempus levatæ, & factæ etiam ex Contumacia suæ Convictionis, nocturno jam tempore semet apud Judicem Causæ insinuet, & pro comparente declaret, quid Judici faciendum?

Cum ex Lege tota dies Comparitioni cedat, naturalisque dies usque mediam Noctis computetur, Judex Actori Circumstantias Incatti insinuare debet, Processum una Partibus extradare, ut Incattus tardioris suæ Comparitionis factum legitimare, & inducere possit, quo comprobato, non obstante eo, quod Actor controvertat, Causæ cursum judicialter adinvenire debet.

4-ta: An Testis pro Actore adjuratus, & in Causa eadem per Incattum Circumstantiis quibusdam variatis, æque adjuratus, pro Parte utraque authenticari possit.

Negative, quia in tali facto, ut ut Circumstantiæ videantur variare Casum, periculum tamen perjurii Manifestum est, & ubi Casus ejusmodi evenissent, Testis ejusmodi pro Neutra parte in forma probante assumendus, verum simpliciter exmittendus erit. Si proinde Judici Testis unius fassio pro parte utraque elicitæ, præsentata fuerit, quæ Pars prius Testem hunc examinari fecit, pro parte ejusdem authenticari possit.

5-ta: Si superior officialis Dominalis per Subofficialem suum pro Parte Domini, certam pecuniæ Summam erga obligatorias Nomine suo subscriptas, ab alio mutuo levet, & idem superior officialis facultatibus lapsus, e vivis decedat, per Creditorem porro levans sub officialis ratione debiti citetur, an hic per Judicem convinci possit?

Affirmative, quia Creditor edocta, & comprobata pecuniæ suæ levatione, eandem amittere non potest, hic itaque cum regressu ad Dominium convincendus veniet, siquidem Dominium de officialibus suis in facti hujusmodi Circumstantiis respondere tenetur.

6-ta: An in successionali - divisionali Instituto, ad confusum Possessorium quis per Judicem judicialiter introduci possit?

Incatto cum triumphante Sanguine Divisionem inire nolente, aut etiam Executionis Termino, ad tempus subdivisioni Bonorum minus subserviens, incidente, Judex Incattum ad Possessorium successionale introducere tenetur, ne Jure suo Sanguis cum Locupletatione Condividentis sui frustretur, realis tamen sequestrationis Terminus pro Partium Arbitrio, & Coalitione præfigendus erit.

7-ma: An dividens in confusum Possessorium legaliter inductus, ultra competentiam suam usum, & Possessorium extendens, Violentus dici, & pœnam Violentiæ incurrere possit?

Negative. Quia Violentia in privato, & pacifico cujuscumque Possessorio inferri solet, commune autem, & indivisum Possessorium pro tali dici nullatenus potest, & ideo ad refrenandos ejusmodi excessus, Divisio, & Lex proportionalis statuta est.

8-va: Si Emptor de pecore venali cum venditore concordet, & plenarie conveniat, & nec pretium, nec arham deponat, pecus interim fato præ Manibus Venditoris pereat, quem damni ratio manebit?

Circumstantiæ, & Status amissi pecoris bene investigandæ erunt, & si morbus quidam interior, quem emptor observare non potuit, causa interitus fuit, venditor pretium ejusmodi pecoris prætere haud potest, secus, si fato, aut incidenti præter tamen incuriam Venditoris, extraordinaria lues subsecuta est, Damni particeps, tam Emptor, quam Venditor fieri solet, quia pactum etiam nudum quemlibet in conscientia obligat.

9-na: E converso si Emptor de pecore venali conveniat, & una arham unius tantummodo denarii exhibeat, pecus autem interea, ut præmissum est, absque culpa Venditoris pereat, an Emptor totius pecoris pretium Venditori deponere obligetur?

Affirmative: Quia per traditionem arhæ cannonisavit, & corroboravit emptionem suam, taliterque Proprietarius pecoris empti factus est.

10-ma: An Juramenta, in mente, aut Lingua firmitatem suam, & robur obtineant?

Diversa est ratio, & circumstantiæ Juramentorum, ubi etenim adjurans alterum, prælegit, & enumerat Juramenti formulam, ex parte hujus nec in mente, nec in Lingua ratio Juramenti locum habet, ex parte

parte vero adjurati mens semper eo defixa, & intenta esse debet, ut id, in ratione cuius Deum pro Teste invocat, verum, & infallibile sit, adeoque in Casu hoc in mente robur Juramenti subsistit. E converso si quis in Juramenti depositione restrictione illa mentali utatur, & aliud intelligat, non id, quod verbis enunciat, Juramentum non in restrictione mentali, quæ alioquin peccatum post se trahit, verum in enunciatione verbali radicatur, & fundatur, quia is, pro cuius parte Juramentum depositum est, enunciationem, & expositionem verbalem acceptavit, Justitiæque effectus non in restrictione mentali Jurantis, sed in Juramento Lingua effato concentrari, & solidari debet.

II-ma: An Judæus Clenodia, & res pretiosas altiori, & elevato nimis pretio vendens, in ratione debiti ad obligationem reducti, eadem in Natura, occasione Executionis recipere teneatur?

Quamvis Emptor semper debeat esse cautus, verum, cum & Venditor non debeat esse zingarus, valor ipse intrinsecus Clenodiorum horum genuine investigandus erit, & adæquato eorum pretio cognito, si emptor ultra dimidium damnificatus fuisset, deterioratione supputata, in eodem valore, recipere tenetur, quia fraus ultra
dimi-

dimidium semper pœnalis est, secus si fraus ultra dimidium semper non ascendat, clenodia ejusmodi, in statu quo reperiuntur, æstimari solent.

12-ma: Si Venditor rem suam venui expositam, emptori nondum plene consumata emptione, firmiter proponat eandem alteri semet non venditurum, interim non observato ejusmodi proposito, in eodem, quo jam cum eodem emptore coalescebat pretio, alteri vendat, an emptori anteriori jus prioritatis ad rem venditam competat?

Negative: Quia nec emptio consummata, nec arha ad retinendam rem venui expositam, data fuit, peccasse tamen contra rationem honesti, & vinculum humanæ Societatis Venditorem hunc nemo negabit, potissimum, si emptori per id præjudicium aliquod illatum fuit.

13-tia: Si Pignoratarius ab uno ex dividendis prius minorem Summam, dein vero ab altero integram levaverit, Bonumque huic remisit, qualis Actio Condividenti cum Minori Summa Pignoratarium adinonenti, supererit?

Pignore resolutio, & plene ad Manus Sanguinis redeunte, nonnisi ad rehabendos tres florenos, seu minorem Summam

restituendam actionem habet, quia Pignoratarius cum minori Summa admonitus, inhaerentem liquidare, cum integrali vero admonitus, Bonum remittere tenebatur.

14-ta: Si Pecora ex certa plaga invagiata, aut abacta fuerint, quam Dominus pecorum, pro controversa, invagians vero, aut abigens pro pacifico terreno suo statuat, & erga Cautionem scriptam eadem extradare nolet, verum Pignus reale exhibendum prætendat, (qualiter pecora ab invagiante rehabenda?

Si quidem quæstio illa, num Plaga illa pro controversa, aut vero pro pacifica abigentis statui debeat, per collidentes Dominos Terrestres decidi non possit, & nec Judex, cui Pecora resignata sunt, præter cursum Juris semet ad id immittere valeat, Dominus pecorum cautionem ejusmodi dare tenebitur, quod invagiata pecora præscindendo ab eo, num ex controverso, aut vero ex pacifico impulsa habeantur, dum, & quando necessum fuerit, Juri statuere velit, & hanc ipsam Cautionem Judici, ad cujus manus resignata sunt pecora, transmittet, qui etiam erga talismodi cautionem, Manus Judiciarias super invagiatis, & resignatis pecoribus deponere obligabitur.

15-ta: An Ignorantia Juris aliquem excusare possit?

In Jure claro Neminem excusari. In Jure autem obscuro favorabilior Opinio tenenda est. Ita etiam minores, rustici, & Mulieres excusantur in certis Casibus a Lege expressis.

16-ta: An ignorantia facti aliquem excuset?

Facti proprii ignorantia nullum excusat. Ignorantia autem facti triplex est. Publica, quando communiter omnes ignorant, & ista excusat. Privata, quando omnes sciunt, & unus se ignorare dicit, & hæc non excusat. Privata probabilis, quando omnes faciunt, & unus ignorat eo, quod absens fuerit, & hæc etiam excusat.

17-ma: An favorabiliores sint partes Incatti, quam Actoris?

In fine litis, & ubi in æquilibrio probarum stant Partes, Incatto, in progressu autem Causæ, & principio litis Actori magis, quam reo, in medio autem æqualiter prospicere solemus.

18-va: An Fessio Testis de Auditu per Judicem attendi debeat?

Testimonium de auditu proprie Testimonium dici non potest, nisi in Materia auditui subjecta, sed & visus nonnunquam decipi potest.

19-na: An Facientes, & consentientes pari pœna puniendi veniant?

Affirmative: Unde etiam Consentientes ad delictum, jubentes, consulentes, laudantes, recipientes, & participantes ad restitutionem semper obligantur. Tacentes autem, non impediens, & non manifestantes tunc saltem, quando ex parte prærecensitorem fundus excontentationis horum non superesset, ad restitutionem stringendi veniant.

20-ma: An vim vi repellere semper licitum sit?

Ob necessariam corporis sui defensionem, cum moderamine inculpatæ titulæ semper licitum esse, tria tamen in Merito hoc observanda erunt, 1-mo: Qualitas Instrumenti, tam aggressoris, quam & defendentis. 2-do: Qualitas temporis, videlicet ut ipso Aggressionis tempore, & non post moram fiat. 3-tio: Modus, si quis supererit evitandi, & effugiendi.

21-ma: |

21ma An ruente Principali, Accessorium quoque ruere necessum fit?

Affirmative, si Accessorium cum Principali conjunctum sit, si quis leget alicui vaccam cum vitulo, pereunte vacca, vitulus quoque legatario non competit, verum si disjunctive ponatur Accessorium cum principali, seu leget vaccam, & vitulum, pereunte vacca, vitulus tamen legatarium concernet.

22da An necessitas Legi alicui subjecta sit, seu an necessitate urgente, multa liceant, quæ alias non licerent?

Ad hoc, ut necessitas legem non habeat, requiritur ut sit justa, gravis, extrema, & inevitabilis, unde sacerdos celebrans missam, aggressorem suum, inevitabili ejusmodi periculo, & necessitate impune occidere, & missam libere continuare poterit, secus vero si necessitati modus quispiam succurrendi, vel fuga eam amovendi super est, semper legi subjecta manet.

23tia An Ebrius quoad delictum in ebrietate commissum a pœna immunis pronunciari possit?

Ebrii in ratione delictorum per ebrietatem commissorum, de ebrietate, non autem delicto puniri solent, investigandum tamen semper veniet, an Ebrius ejusmodi in sobrietate ad perpetrandum delictum præmedita-

tam

tam intentionem non habuerit, & signa, aut modos aliquos in effectuanda intentione exhibuerit.

24ta An negativa per negantem probari debeat?

Si habeat inclusam affirmativam, omnino probari debet. Triplex etenim est negativa: Facti videlicet, Juris, & qualitatis; facti. Nego me interfecisse hominem, hoc per negantem probari non debet. Juris; si dicam nego hunc testem agere posse, ista probari debet. Qualitatis; si dicam nego hunc dignum, aut idoneum esse, hoc quoque probari debet.

25ta An licitum sit contrahentibus semet invicem decipere?

Quando Fraus est circa dimidium pretii justi, in tali casu contrahentibus ejusmodi Actio non competit, secus si ultra dimidium Pars alterutra damnificata est, agere, & procedere potest.

26ta An Judex requisitus ad ferendam iniquam sententiam, munus ex voluntate dantis, acceptum, restituere teneatur.

Negative, quia turpitudine versatur ex parte utriusque dantis videlicet, & accipientis,

tis, in pari autem delicto potior est ratio possidentis.

27ma An mulieres in Testamento Testes esse possint?

In Testamentis inter liberos, & ad pias causas conditis, ita, & in codicillis Testes agere possunt, in aliis vero Testamentis juxta communem, non admittuntur.

28va Qui tacet an semper consentire videatur?

In materia, & circumstantia favorabili, & honorabili consentire, in odiosa vero, & præjudiciosa contradicere, in circumstantiis denique indiferentibus, nec dissentire, nec consentire sentiendum est.

29na An qui prior tempore semper sit potior Jure?

Stat, ubi sunt cætera paria, velut inter creditores intabulatos, secus est in iis, quæ in ratioe Juris differunt, ut sunt privilegiatæ Personæ, Dotalistæ &c. quæ intabulatis etiam præferuntur.

30ma An Fur minutiarum furtum duorum, aut trium florenorum quinquaginta etiam vicibus reiterans, & sæpius punitus, capitali pœnæ sub- jici possit?

Nega-

Negative, quia si culpa venialis quoad se, ex reiteratione non facit mortale, nec in casu hoc reiteratorum furtorum quantitas, ad numerum, & mensuram capitali pœna defixam reduci potest, adeoque ut incorribilis graviori tamen pœna temporali puniendus erit.

NORMA PUBLICAE
COMMUNITATUM
UTILITATI DESEVIENS.

Ad pertractandam manipulationem Communitatum requiruntur individua sequentia.

1mo Judex. Quoad hunc observandum foret, ut hic ex melioribus Hospitibus, ingenio, & curandi publici dotibus præditus, non attento eo, quod is numero Juratorum adlectus non fit, eligatur, ac officio suo pro emolumento Communitatis defungens, habita virium, & facultatum reflexione, per succedentes tres, aut plures Annos confirmetur.

2do Legislatores. Jurati 12. aut 6. pro amplitudine loci ex maturioribus, & experientia præditis deligantur, Perceptor item, ubi onera, & beneficia majora sunt Communitatum, subjudices duo, Decurio unus, qui communiter Comitatus nominatur. Denique campi custodes, & nocturni vigiles salariis omnes accommodis providendi.

3tio Tota Possessio in decades dispertiat, & cuilibet decadi in singula decade Curator, aut Decurio præficiatur.

4to. Notarius, in cujus adæquata, & sincera manipulatione emolumentum publicæ administrationis subsistit, in ratione officii sui bene peritus, & ad obeundum munus suum idoneus, necessariis vitæ mediis, competentique salario per Comitatum, aut Judicem nobilium, laboribus comenlurando, & defigendo, constituendus.

OBLIGATIO JUDICIS.

1mo In locis, & Possessionibus minoribus, & Transennis minus obviis, ubi videlicet Perceptoris nulla necessitas foret, Quanti, & Domesticæ incassatio eidem incumbet, & per Inclytum Comitatum Possessioni adrepartitum obtingens, in rationibus suis tam in percepto, quam & erogato inducet.

2do Libellos pro singulo contribuente comparabit, & in hos cuilibet admensam Contributionis, & Domesticæ quantitatem per Notarium adæquate inferi procurabit.

3tio Erogationes in privatas Communitatis necessitates, aut etiam extraordinarias qualescunque expensas, absque cointelligentia Juratorum facere haud præsumet, percipiendos autem fructus ex Communitatis tenuis, ita alios quoque undecunque profluentes, & Communitatem respicientes proventus, præsentibus duobus juratis, ad perceptum inducet. Notarius autem separatim
in

in Generali Prothocollo Communitatis singulas ejusmodi Perceptiones, & erogationes, cum accurata diei consignatione, prænotabit.

4to Agros Communitatis oportuno tempore subarare, infeminare, & fructus exinde enatos, accurata cum inspectione debite providere, non secus prata Communitatis defalcari, coligi, & in quantum fieri potest, quo otius conveyi, & in acervum componi curare sataget.

5to Vigilans, & accuratus sit in subalternos Communitatis servos, horumque observatos defectus, in celebrando confessu deteget, & corrigendos proponet.

6to Querulantes contribuentes exaudire, ac ubi necessitas exegerit, per duos Juratos investigari curare, ac tandem convocatis pluribus Juratis decidere, & decisum ejusmodi per Notarium inprothocollari curare non intermittet. Ita

7mo Pænalitates, & mulctas ex invagationibus, aut alios quoscunque proventus, seu ex præjuncturis equorum Communitatis, seu vero exarendatis nefors regalibus Beneficiis redundantes perceptioni, ut præmissum est, inducet.

8vo Si, & in quantum Urbarialis competentia Educillum ex respectu vinearum exarendari non posset. Vina Contribuentium, eorum potissimum, qui solvendo difficiles sunt, in Educillum Communitatis competenti, & cum consensu Juratorum defigendo pretio, acceptabit, taliterque in exsolutione Quanti, & Domesticæ miseria-

rio.

riores sublevare, & solvere, negligentes adstringet.

Legislator, absente a Domo Judice ejusdem vices subbeat, a perceptione nihilominus paratæ præcavebit. Cæterum ut salarificatus, cum reliquis Juratis parus sit obligationis.

OBLIGATIONES JURATORUM.

1mo Cum hi salariis providendi forent, Judici omnem reverentiam exhibere, & in emolumentum Communitatis una cum Judice collaborabunt, citatique per eundem in ratione publicæ utilitatis, aut contribuentium necessitatis sub pœna defigenda, ad Judicem comparere tenebuntur.

2do Cum Judex in incassatione Quanti (ubi hæc ipsum concerneret) & aliis etiam obviis publicis oneretur, ad perficiendas, Communitatis Oeconomiam, aut publicos etiam hanc tangentes operas, Pontium item, & Aggerum in gremio Territorii existentium visitationem, & reparationem per Judicem, pro Inspectoribus, ex his unus, aut pro qualitate laborum duo, aut plures denominabuntur, exactoque opere, Judici relationem, una & operantium consignationem singulo

F

die

die exhibebunt Prothocollo, & Regeſtro præjun-
cturalium, & manualium operarum per Notarium
inferendam.

3tio *Æſtimationes* damnorum, & id genus
occulatæ, tam intra, quam extra gremium Terri-
torii per hos effectuantur, cum effectu harum
inprotocollando.

4to *Comellationes* apud Judicem, aut in
domo Communitatis alioquin abrogatæ habentur,
conſequenter occasione præattactarum æſtimatio-
num, aut occularum, ſi per exmiſſos Juratos
media dies inſummatur per æſtimationem expeten-
tes xr. 7. ſi vero tota dies in opere eorundem
abeat xr. 17. titulo diurni deponantur, æſtimationi
adjiciendi, eo, relate ad diurna Juratorum in ex-
miſſionibus extra gremium Poſſeſſionis interventis,
hactenus obſervato.

OBLIGATIONES

SUBJUDICUM

1mo *Ubi* duo, vel plures conſtituti habentur, ho-
rum unus ad Latus Judicis, alter vero, aut reli-
qui in domo Communitatis præſto ſint.

2do *In* expellendis Contribuentibus ad pu-
blicos, aut Communitatis labores (in præjunctu-

ris

ris autem potissimum) seriem, & domorum ordinem, seposita omni Conviventia, observabunt, destinatosque, & jam opus demandatum perficientes Notario loci insinuabunt, Pro hoc collo inferendos.

3to In literarum promotionibus pariter seriem observabunt, ne pauperiores, uti sæpius observatum est, præ Ditiorebus, in passu hoc præsertim ferventium laborum tempore, prægraventur.

4to Cum subjudices singula fere die Possessionem percurrant, & circumeant, obligationis eorundem erit, serobes, seu foveas frumentarias in plateis servari solitas, accurate investigare, an videlicet ex his apertæ quæpiam non reperiantur, observatoque ejusmodi defectu, Proprietarium serobis ejusdem Judici deferre, condigna, statuendaque eatens pœna puniendum.

OBLIGATIO DECURIONIS PAGENSIS.

1mo Hoc obsequii genus Delinquentium, & criminolorum ratio exoptulat, unde Decurio per Comitatenſe Individuum, aut per Judicem loci ad comprehensionem malefactorum applicandus est.

2do Ubi, & in quibus locis carcer Dominalis, aut vero arrestum quodpiam non existeret, delinquentes ad domum Decurionis assignabuntur, qui constitutis per Judicem vigiliis, invinculato, & vigilibus sub onere responsionis intentus erit.

3tio Blasphemos, ita & helluationum conventicula frequentantes, ac ultra determinatum, signoque campanæ insinuatum, & præscriptum tempus, in Pago oberrantes, comprehendere, & inarestare, ac subsequa die Judici eosdem deferre incumbet.

4to Ex ratione incommoditatis, & captivorum apud se detentionis Taxa compedalis a xr. 7. eidem determinanda foret, ut Divagationibus, & nocturnis oberrationibus per hoc etiam occasio præpediri possit.

5to Cum Decuriones hi, potissimum a Magistratualium officialium dispositionibus, & non a Judicibus Communitatum dependeant, & obligatio eorumdem satis onerosa foret, consentaneum tamen est, ut in casu eo, quo a persecutionibus malefactorum immunes, & liberi sunt, Judicibus quoque, & Perceptoribus in Incassatione oneris Contributionalis, & aliis publicis operis assistant, & adjutorio sint.

OBLIGATIO

CAMPI CUSTODUM.

imo Munus horum in obequitationibus, assidua item vigilantia, ne in prohibitis damna Contribuentibus inferantur, subsistit, unde pecora, & pecudes damna inferentes, invagiare, & impellere seposito omni respectu, & conniventia obligabuntur.

2do Invagiata pecora, aut pecudes ad manus Judicis resignabunt, & hic ejusmodi pecora invagiata eousque in præclusura retinebit, donec damni ratio per exmittendos Juratos cognita fuerit, tandem relata æstimatione, & per Notarium improtocollata, damnificatis satisfactionem procurabit.

3tio Communi consuetudine introducta, invagationis merces a xris 3. iisdem a singulo pecore ordinanda foret.

4to Siquidem non raro eveniat, invagiata ejusmodi pecora vi, aut dolo per Damna inferentes eliberari, & exmitti, ii, & tales, tam respectu damni, quam & invagationis, in duplo puniantur, rataque hujus dimidia ad cassam Communitatis inferatur, residua parte damnificato, & invagianti custodi, relate ad competentiam resignata.

MUNUS EORUM, QUI DECA- DIBUS PRÆFICIUNTUR.

1mo Hi, ex magis industriosis, & solertioribus Oeconomis in decade eadem reperibilibus, eligendi erunt, ut desidiis exemplo, & stimulo esse possint.

2do Invigilabunt, frequentiusque invisendo cujuslibet sub decade sua constituti coloni Oeconomix periodum; cognoscere cujuslibet industriam satagent, ac ad solertiam circa cultivationem constitutivorum, firmationemque tenutorum commonebunt, ipsimet in passu hoc exemplo esse non intermittent.

3tio Cura, & attentio eorundem in eo concentrabitur, ut si quis in decade sibi concredita, producta Oeconomix suæ cujuscunque demum generis, aut speciei vendiderit, aut vero præ manibus alicujus paratum æs observaverit, eo comperto, contribuentem ejusmodi, venditionemque hujus, Judici insinuabit, ut is eodem accersito, in depurationem adrepartiti eidem obtingentis ab eodem quidpiam desumere possit.

4to Munus hoc singulo Anno in singula decade alterandum, ut ad solertiam alternative extimulentur, obligatioque, & communis exinde promanantis utilitatis ratio debite exponenda erit.

OBLIGATIO NOTARIALIS

1mo Notarius, velut Juramento adstrictus, fidelitati præ cæteris, & accuratæ omnium fidei, & muneri suo concreditarum manipulationum, consignationi intentissimus, & omnis in agendo dilationis expers fit.

2do Prothocollum universale juxta subnexum schema conficiet, in quod singula die quidquid Communitatem, Publicum, aut vero contribuentem concernens, coram Judice actum, propositum, & dispositum, perceptum item, & erogatum, effectuum denique fuit, debite inseret.

3tio Currentales Literas, commissiones item Comitatus, & Dominalium officialium in separatum Prothocollum inscribet, aut inscribi faciet, & has, facta prævie cum Judice, & Juratis Communicatione, solito hæctenus ordine, coram populo publicabit.

4to Si quid scripto exhibitum fuerit, seu Communitatem, seu privatos colonos concernens, hujus extractus, eatenusque interventum decisum, aut dispositio succincte in Prothocollo apponatur, scriptumque tale Nro Signatum in Prothocollo

etiam in rubrica sua, cum suo Numero prænotatum, inter Acta reponendum veniet. Ita

5to Effectuationes exmissorum Juratorum, æstimationes, Testamenta, & alia scriptum redolentia, eo ut præmissum est modo, improtocolanda, & inter Acta recondenda erunt.

6to Conseriptiones facultatum, & objectorum contributionalium, registra item repartitionis Quanti, & Domesticæ conficiet, ac ex his erutum contribuentibus obtingens, libello, relate ad singulum individuum inscribet, non secus occasione solutionis, tam libello, quam & repartitionali registro, quid, & quantum contribuens deposuerit, conformiter inducet.

7mo Regestrum de præjuncturis, & literarum promotionibus, juxta adnexum formularæ promptabit, & in eodem ad opus ejusmodi ordinatos debite prænotabit.

8vo Rationes Judicum, juxta currentatum, & per Excelsum Consilium extradatum schema, cum insertione restantiæ prioris Anni paratæ, & priore Judice ad manus ratiocinantis devolutione, naturalium item quantitate, & aliis ad perceptum, & erogatum spectantibus concinabit, ac omnia cum Prothocollo, & requisitis ad opus hoc Documentis combinabit, confectas demum rationes

nes in pleno Juratorum confesseu de positione in positionem perleget, adinventosque nefors defectus emendabit, ac tandem convocatis per Judicem decadam curatoribus, & quibusdam bene moratis explebe, denuo releget, & explicabit, taliterque censuratas, & rati habitas Dominio Terrestri, pro super revisione, & uberiori censura ipse Judex presentabit.

LIBRARY OF THE
MUSEUM OF
ANTHROPOLOGY
EXPLORATION
AND
ETHNOLOGY
SMITHSONIAN INSTITUTION
WASHINGTON, D. C.

I - m o .

PROTOCOLLUM GENERALE POSSESSIONIS T.

<p>Anno 1792. in Mense Jauuario Die</p>	<p>E x h i b i t i M e r i t u m .</p>	<p>Numerus Exhibi- torum.</p>	<p>Series effectuationis, aut Decisionis interuenta.</p>
---	--	---------------------------------------	--

II. do.

II. da

PROTOCOLLUM PRÆJUNCTURARUM MILITARIBUS ET ALIIS
ETIAM TRANSEUNTIBUS EXHIBITARUM.

III. tio

Anno 1792. in Mense Janua- rio, Die	Nomina Colono- rum, item Commu- nitas.	Ju- menta.	Statio- nes.	Erga Paratam	Erga Quietan- tiam.	N u m e r u s Q u i e t a n t i a r u m.
Nro. 20.		Nro.	A. xi.	A. xi.	Nro.	

760718

60



760748